

ex hoc tamen solum sequitur, quod Angelus inferior cognoscit superiorem, quantum ad illam majorem immaterialitatem quoad rem, non vero quod comprehendat ipsum: quia ad hoc posterius non sufficit quod species representent illam majorem immaterialitatem Angelum superioris, sed praeerea requiritur quod species sit, secundum esse diminutum quo gaudet, ejusdem immaterialitatis cum Angelo superiori, & quod intellectus cognoscens habeat illum modum universalitatis in cognoscendo, quem habet Angelus cognitus, vel alium perfectiorem & magis universalem: quia alias Angelus superior non attingitur quantum est attingibilis ex natura sua, & illo modo quo de facto attingitur per proprium intellectum.

ARTICULUS III.

Per quam speciem Angelus cognoscit singularia?

70 Certum est Angelos cognoscere singularia, etiam materialia. Nam ut dicitur D. Thom. hic q. 57. art. 2. fides Catholica docet haec inferiora administrari per Angelos, secundum illud ad Hebraeos 1. Omnes sunt administratores spiritus: si autem singularium notitiam non haberent, nullam providentiam habere possent de his quae in hoc mundo aguntur, cum actus non sint nisi singularium. Praeterea secundum philosophiae documenta ponuntur Angeli motores orbium caelestium, & quod eos moveant secundum intellectum & voluntatem. Item cum singularium cognitio hominibus conveniat, non potest denegari Angelis, qui habent vim intelligendi perfectiorem, magis unitam, & ad plura se extendentem.

58 Hoc supposito, inquirunt Theologi, per quam speciem Angelus cognoscit singularia, & omnia eorum accidentia? In cujus difficultatis resolutione Scotus in 2. distinct. 3. quest. ult. & dist. 7. quest. 2. negat Angelum per eandem speciem, qua intelligit naturam communem, cognoscere directe ejus individua. Sanctus vero Bonaventura ibidem dist. 7. quest. 2. licet id concedat, contendit tamen, accidentia communia, sive quae non per se conveniunt individuis, ab Angelo cognosci per proprias illorum species,

S. I.

Statuitur vera sententia.

59 Dico tamen: Angelus cognoscit directe singularia, & omnia eorum accidentia, per eandem speciem, per quam naturam specificam illis communem intelligit. Ita Sanctus Doctor, quoad individua praefere, hic art. 2. in corp. & in solutione ad 3. his verbis: Dicendum quod Angeli cognoscunt singularia per formas universales, qua tamen sunt similitudines rerum. & quantum ad principia universalis. & quantum ad individuationis principia. Quoad accidentia vero quodlibet. art. 3. in solutione ad 1. ubi sic ait: Sicut autem per unam speciem concretam potest Angelus cognoscere diversa individua, ita etiam multo amplius potest per unam cognoscere quodlibet in uno individuo, ut non oporteat eum aliam speciem habere, qua cognoscit colorem & odorem unius pomi, sed simul cognoscendo hoc pomum, cognoscit quodlibet est in pomum illo, & essentialiter, & accidentaliter.

60 Probatum unice, sed efficaci ratione. Species qua Angelus utitur in cognitione rei materialis, non representat praefere naturam specificam sine singularitate; sed simul utrumque, etiam directe, cum omnibus accidentibus: Ergo per eandem speciem cognoscit directe singularia, & omnia eorum accidentia, per quam naturam specificam illis communem intelligit. Consequentia patet. Antecedens probatur. Species, qua utitur Angelus ad cognoscendam rem etiam materialem, est participatio immediata divinae essentiae, secundum quod habet rationem speciei intelligibilis: Ergo sicut essentia divina non representat solum naturam specificam, sed etiam ad rationes individuales, cum omnibus earum accidentibus, directe extenditur, ita & species qua utitur intellectus Angelus. Probatum Consequentia: quia effectus debet, quantum fieri potest, assimilari suae causae: non est autem impossibile, sive non repugnat, neque ex parte essentiae divinae in ratione speciei considerata, neque ex parte ipsius speciei angelicae, ab ea per participationem derivata, quod haec sicut illa representet simul naturam specificam, ejus individuationem, & omnia ipsius accidentia: Ergo de facto species Angelica haec omnia representat. Probatum Minor quoad speciem angelicam (nam ex parte essentiae divinae satis constat nullam esse repugnantiam) probatur, inquam, quia cum hac universalitate praedicta species remanet adhuc, etiam in representando, finita simpliciter, & solum individua secundum quid: quatenus scilicet, representando naturam specificam, representat simul omnia ejus individua, etiam possibile, contenta in virtute causarum naturalium pertinentium ad hoc universum; ad quod non requiritur infinita perfectio in tali specie; sicut ad hoc ut

natura specifica, per eam representata, omnia sua individua, etiam possibile, contineat, non desideratur in ipsa infinita perfectio, ut magis patet ex solutione argumentorum: Atqui si in hujusmodi specie non requiritur infinitas ad omnia supra dicta simul representanda, nulla potest dari repugnantia quin ea representent: Ergo &c.

61 Confirmatur primo: Anima nostra per plures species & potentias cognoscit directe naturam specificam, ejus individua; & accidentia: Ergo per eandem speciem & potentiam debet Angelus directe & simul cognoscere ea omnia. Probatum consequentia: quia quae possunt potentiae inferiores divisi, possunt & superiores conjunctim.

62 Confirmatur secundo: Ideo species qua utitur intellectus noster, pro statu praesente, solum naturam communem directe representat, quia fit per abstractionem a phantasmatibus, atque adeo a singularitate: Sed haec ratio cessat in specie qua utitur Angelus, utpote quae non desinitur a rebus, mediante phantasmatibus: Ergo non est ratio propter quam concedi non debeat, quod representet directe & simul naturam specificam & ejus individua.

S. II.

Solvuntur objectiones.

63 Obijcies primo: Si species angelica naturam aliquam specificam representans, omnia ejus individua manifestarent, essent infinite perfectionis: Sed hoc dici nequit: Ergo nec illud. Sequela probatur: intra quamlibet naturam specificam possibilem sunt infinita individua. Sed posse infinita individua representare, infinitam perfectionem dicit: Ergo si species angelica naturam aliquam specificam representans, omnia ejus individua manifestarent, essent infinite perfectionis.

64 Respondeo ex D. Thoma q. 20. de veritate art. 4. ad 1. ex eo quod species angelica possunt infinita individua representare, non sequi illas esse infinitas simpliciter, sed tantum secundum quid: sicut natura, sub qua continentur infinita illa individua, est solum infinite perfectionis secundum quid; quia non obstante quod sub se infinita contineat, est definita ad certum genus, certaque differentiam; & sicut scientia indita anime Christi se extendit ad infinitas cogitationes & actus amoris, quos Angeli & Sancti per totam aeternitatem elicituri sunt; & tamen est simpliciter finita, & solum secundum quid infinita, ut docet idem S. Doctor loco citato, & 3. p. q. 10. art. 3. ad 2.

65 Dices cum Scoto: Ubi pluralitas numeralis requirit majorem perfectionem, ibi infinita pluralitas requirit infinitam perfectionem simpliciter; sicut fit portare simul plura pondera, inquit virtutem intensivam majorem, possibilem portare infinita, arguit virtutem infinitam intensivam, sive intensive infinitam: Sed posse representare plura individua, dicit majorem perfectionem, quam posse representare unum tantum: Ergo posse representare infinita, arguit in specie angelica infinitam virtutem simpliciter.

66 Respondeo Majorem esse veram, quando pluralitas numeralis requirit majorem perfectionem secundum intentionem determinatam, ut contingit in exemplo adducto, non tamen quando requirit majorem perfectionem secundum gradum specificum ordinis superioris: stat enim quod una perfectio altioris ordinis, quamvis simpliciter finita sit, tanta tamen fit perfectionis, quod excedat infinitas perfectiones inferioris ordinis, & eminenter aequivalere eis: ut patet in actu caritatis, qui aequivalere quantum ad bonitatem, & perfectionem, immo superat infinitos actus amoris naturalis: unde ut una species angelica aequivalere infinitis speciebus nostris, quantum quilibet unam tantum quidditatem, vel unum tantum individuum representat, non requiritur quod sit infinite perfecta, sed sufficit quod sit ordinis superioris.

67 Obijcies secundo: Cognitio intuitiva desumitur ab objecto praesenti, & consequenter fit per species ab eo acceptas: Sed Angelus cognoscit intuitive singularia, quando existunt: Ergo illa cognoscit per species ab illis exceptas, non vero per species universales sibi ab initio infusas.

68 Respondeo quod quavis cognitio intuitiva debeat necessario terminari ad objectum praesens, non est tamen necessarium, ut species ab eo desumatur aut dependeat, sed potest esse expressa ab aliquo alio superiori in quo objectum illud secundum quomodo quae habet continetur & representatur: unde species quibus Angeli singularia existentia intuitive cognoscunt, sunt expressae ab essentia divina, in qua hujusmodi singularia continentur & representantur, secundum quod existunt in actu exercitio in sua propria temporis differentia.

69 Obijcies tertio: Si Angelus cognosceret singularia, & omnia eorum accidentia, per eandem speciem, unica species ratione inter se oppositas & repugnantes, puta albedinem & nigredinem, febrem & sanationem, vitam & mortem, quae eidem individuo successive conveniunt, simul representaret. Item cum species sit formalis similitudo objecti quod representat, si eadem species naturam

singula-

singularem & omnia ejus accidentia representaret, illa simul esset substantia & accidens. Praeterea Angelus posset naturaliter cognoscere futura contingentia, quia per illam speciem sibi ab initio infusam cognosceret durationem in qua singularia habitura essent existentiam: Sed haec non debent admitti: Ergo, &c.

70 Respondeo ad primum, non esse contra rationem speciei excedentis & eminentis, ut simul & uniformiter representet rationes oppositas, tamquam partialia & inadaequata objecta, eo quod representent objectum principale in quo haec continentur; maxime cum representent illa ut convenientia eidem objecto, pro diversis temporibus; sub qua ratione inter se non habent oppositionem & repugnantiam.

71 Ad secundum satis probabiliter dici posset, species Angelorum non representare accidentia illa, nisi solum virtualiter, atque ita non esse formales ipsorum similitudines, species enim non debet necessario esse formalis similitudo nisi objecti primarii, aut saltem eorum quae directe & per se ad illud pertinent. Verum conformius ad supra dicta respondendum est, non esse inconveniens quod eadem species fit simul in esse intelligibili substantia & accidens, quia res quae in esse entitativo & naturali opponuntur, in esse representativo & intelligibili conveniunt & adunantur, ut fidei aeternae declaratum est.

72 Ad tertium nego sequelam: licet enim species Angelorum representent semper veram naturam, singularitatem, existentiam, durationem, immo & exercitium omnium istorum, non representant tamen illa in actu exercitio, sed in actu signato, & per modum quidditatis possibilis, abstrahendo ab actuali exercitio, actu exercitio. Ratio est, quia species Angelicae habent naturalem determinationem ad illa omnia actualiter representanda, quae actu pertinent ad hoc universum, eo modo quo ad ipsum pertinent: omnia autem illa habent suo modo suas quidditates, secundum quas per modum possibilitatis nondum in actu exercitio existentium continentur in virtute causarum naturalium, & sic in illis contenta pertinent ad hoc universum; atque ita & semper representantur a speciebus angelicis, & ab Angelis cognoscuntur: quando vero singularia ponuntur in esse, tunc representatur natura, ut in actu exercitio conjuncta hic & nunc cum singularitate, existentia, duratione, & aliis accidentibus, quae tunc illi conveniunt; subindeque tunc cognoscitur ab Angelis natura singularis, ut in actu exercitio existens & durans.

73 Nec sequitur hinc quod species angelicae, dum posita in actu exercitio ita representant, debent intrinsece mutari, seu perfectionem aliquam intrinsecam de novo recipere: nam quod haec in actu exercitio antea non representarent, non proveniebant ex defectu perfectionis aut actualitatis in illis, sed solum ex defectu exercitii & actualitatis in objecto, quod antea non erat in actu exercitio existens & durans. Unde D. Thomas quodlibet 7. art. 3. ad 2. Quando aliquid de novo incipit esse praesens, Angelus cognoscit illud, non facta aliqua innovatione in ipso Angelo, sed in re cognoscibili, in qua est aliquid quod prius non fuit. Et qu. 16. de malo art. 7. ad 13. Quod daemon, inquit, non cognoscit id quod est futurum, non provenit ex eo quod intellectus suus sit in potentia, sed ex eo quod singulare futurum, nondum participat formam speciei, cujus similitudo actu praesentis in intellectu Daemonis. Potest hoc explicari exemplo relationis paternitatis, actus terminata ad unicum filium, quae abique sua sui mutatione, aut additione alicujus intrinseci, terminatur & extenditur ad alios de novo genitos; & idem dic de similitudine parietis, & aliis hujusmodi: quia forma illa sunt talis naturae, ut habeant determinationem ad communicandum illum effectum formalem, postea solum aliquo extrinseco connotato.

74 Dices: Licet hoc possit dici de relativis, non tamen de absolutis; non potest enim res absoluta (qualis est species angelica) de novo habere denominationem intrinsecam quam antea non habebat, abique intrinseca sui mutatione: Sed representare individua, ut existentia & durantia in actu exercitio, est denominatio intrinseca, quae non convenit speciei Angelis ante productionem ejusmodi individuum: Ergo non habet illam abique intrinseca sui mutatione.

75 Respondeo negando. Majorem universaliter: licet enim vera sit in rebus absolutis inferioribus, non tamen in rebus absolutis eminentibus, qualis est species angelica, quippe quae habet excellentem representandi modum, in quantum est participatio modi representandi divinae essentiae: hinc enim fit quod fuit essentia divina, ut habet rationem speciei intelligibilis, antecedenter ad determinationem voluntatis divinae circa rerum productionem, non representant eas ut existentes, aut futuras; & tamen post dictam determinationem, abique eo quod intelligatur aliquid ipsi in ratione speciei superaddi, representant easdem res ut futuras, immo & ut existentes in aeternitate, ut in Tractu de scientia Dei disp. 4. art. 7. fide exposuimus: ita similiter species angelica representa-

tiva alicujus quidditatis specifica antecedenter ad productionem individuum, non dicitur illa representare ut existentia in actu exercitio, bene tamen statim atque existant, quamvis ex tali existentia nihil perfectionis de novo in se recipiat.

ARTICULUS IV.

Utrum Angeli futura contingentia seu libera naturaliter cognoscere possint?

S. I.

Tramittuntur quae apud omnes sunt certa.

76 Certum est Angelos naturaliter cognoscere futura necessaria, cessaria sunt ea quae continentur in causis naturaliter ad eorum productionem determinatis, atque adeo de lege Dei ordinaria impedibilibus. Sic Angeli multo melius quam Astrologi norant eclipses futuras, cursus planetarum, & temporeles inde secuturas, & alia similia: habent enim universalem & mirabilem scientiam causarum naturalium, & consequenter effectuum ex illis naturaliter & necessario provenientium.

77 Certum est etiam, Angelos posse futura contingentia libera, id est a causis contingentibus & liberis dependentia, cognoscere cognitione quadam conjecturali, ex aliquibus indicis solum probabilibus deducta, atque adeo incerta, sicut Medicus ex tactu pulsus, inspectione urinae, & aliis indicibus, praecognoscit sanitatem infirmi. Nam cum diuturna observatione, & plurimum annorum experientia, sciunt, quae ut plurimum hominum voluntates inclinare soleant, & quae ex susceptionibus, tectionibus, occasionibus, & aliis hujusmodi sequantur, praedicta futura conjectantur. Unde solum restat difficultas an ea certo & infallibiliter virtute sua naturali scire possint.

S. II.

Conclusio negativa statuitur.

78 Dico igitur, Angelum per vires suae naturae, & secluso lumine divinae revelationis, non posse certo praecognoscere futura contingentia & libera, v. g. ista: Job vincet tentationem Daemonis in extrema sua nuditate, afflictione, orbitate, &c. Adam vero in paradiso deliciis affluens cedit tentationi & suggestioni Daemonis. Ita S. Thom. hic art. 3. & communiter Theologi cum illo.

79 Colligitur ex Scriptura & SS. Patribus, asserentibus praedictionem futurorum, certissimum esse Divinitatis signum & argumentum: nam Isaia 41. dicitur: Annuntians quae ventura sunt, & dicens quia Dii estis vos. Et c. 46. Ego sum Deus, & non est ultra, nec est similis mihi, annuntians ab exordio novissima, & ab initio quae nondum facta sunt. Item Danielis 2. ex hoc collegit Nabuchodonosor Deum Danielis verum Deum esse, quia potuit revelare somnium suum de futuris contingentibus. Propter quod Chrylologus homil. 18. in Joan. Cetera, inquit, futurorum praedictio immortalis Dei solius est. Et Tertul. in Apolog. cap. 20. idoneum opinor testimonium Divinitatis, veritas divinationis. Accedit communis hominum consensus; nam apud omnes gentes, praecognoscere futura libera ab aliis exequenda, appellatur divinare, ut per hoc significetur, talem praesentiam esse aliquid divinum, Deoque maxime proprium.

80 Potest etiam probari conclusio ratione D. Thomae. Si Angelus per vires suae naturae posset cognoscere futura contingentia, vel ea cognosceret in causis, vel in seipsis? Non in causis, quia liberum arbitrium ex se indifferens est ad unam & alteram partem, & aequae respicit unam atque alteram; subindeque ex illo non magis intelligitur eventus futurus quam non futurus: nec in seipsis, quia futura non existunt in tempore, quod est propria illorum mensura; cum non sint producta, & extra causas posita, sed solum in mensura superiori aeternitatis, quae cum sit infinita & indivisibilis, ambit omne tempus, & coexistit non solum rebus praesentibus, sed etiam praeteritis & futuris, & ut loquitur S. Doctor: Cum sit simplex, toti tempori adest, & ipsum concludit: Atqui sola cognitio divina mensuratur aeternitati, non vero angelica, cujus propria mensura est aevum, vel tempus discretum, ut supra disp. 6. ostensum est: Ergo solius Dei est, omnia futura in seipsis videre, prout sunt praesentia in mensura suae aeternitatis, non vero hominis, vel Angeli.

81 Eadem ratione utitur idem S. Doctor infra q. 86. art. 6. ad probandum intellectum humanum non posse per vires suae naturae futura contingentia cognoscere. Illam tamen despicit Vasquez hic disp. 108. cap. 2. vocans eam infirmam: quia (inquit) licet Angelus per vires suae naturae non possit certo cognoscere futurum contingens, neque in seipso, neque in suis causis, bene tamen in veritate objectiva propositionum contradictoriarum, quae de ipsa futu-



futuro ab Angelo formari possunt: utpote cum hac fit natura talium propositionum, quod antea ad quamcumque determinationem causarum sui objecti, una sit determinata vera, & altera falsa. Addit non posse ratione philosophica veritatem istam probari, sed solum ex Scriptura & SS. Patrum testimonijs. Sui tamen paulo post assertionis oblitus n. 19. ait, ideo Angelum non intelligere futura contingentia, quia non sunt objecta naturaliter accommodata eius intellectui.

Verum hac ratio Vasquez nihil aliud est, quam ridicula principii petitio: quid enim aliud est futura illa non posse certo cognosci ab Angelo, quam esse objecta intellectui ejus improprie, sive non accommodata? Hoc ipsum ergo est quod inquiritur, & quod remanet probandum: cur scilicet futura illa non sint objecta proportionata intellectus Angelici. Adde quod, cum sint objecta naturalia, ac proinde ejusdem ordinis cum potentia Angelici, sufficienter ei videntur esse proportionata.

80 Aliud vero quod dicit Vasquez nempe futura libera posse ab Angelo cognosci in veritate objectiva propositionum contradictoriarum de futuro contingenti, non minus absurdum est: nam ratio & lex contradictionis perit solum quod sit una pars est vera, altera fit falsa; non autem quod sit praesens sit determinata vera: ridiculum enim est dicere quod v. gr. ista propositio: *Petrus cras ambulabit*: ex eo quod illi apponam contradictoriam (quod omnino per accidens est) reddatur certa & determinata. Unde D. Thomas qu. 16. de malo art. 7. *Et quae sunt ad ammirabiles, non possunt prognosci in suis causis determinate, sed sub distinctione, utpote quia erunt vel non erunt, sic enim habent veritatem.* Determinata ergo veritas in futuris contingentibus, nec ex vi contradictionis oriri potest; nec ex natura ipsius futuri contingentis in se, cum ex natura sua sit indifferens & indeterminatum: neque ex causis secundis, quae etiam ex se indifferentes sunt ad unam vel alteram partem contradictionis: unde restat quod sit determinationem & certitudinem habent, eam a divino decreto ad unam partem contradictionis determinante desumant. Quare scit Angelus non potest naturaliter decretum Dei videre, ita nec potest ex viribus naturae, certam & infallibilem futurorum contingentium cognitionem habere.

81 Adde quod, licet in futuris contingentibus daretur determinata illa veritas objectiva, illam tamen Angelus non cognosceret naturaliter: quia non pertineret ad ordinem universi, qui est ordo physicus, reals, & exercitii effecti, & non solum objectiva: Sed species intelligibiles Angelorum, solum representant ea quae ad hunc ordinem universi pertinent: Ergo quamvis daretur quod in futuris contingentibus, quendam a divino decreto, esset determinata veritas objectiva, propterea tamen Angelus naturaliter futura contingentia non cognosceret.

§. III.

Solvuntur objectiones.

82 Contra hanc conclusionem in primis objicit solet, quod Demones vel per se, vel per homines quos inspirant, multa futura libera praenuntiare soleant, ut regnorum mutationes, bellorum exitus, & similia quae a liberis hominum voluntatibus pendunt: unde cum in Dapnoibus nullum detur lumen supernaturale, sed sola scientia naturalis, quae post peccatum in eis remansit, Angelus possunt virtute sua naturali providere futura contingentia.

83 Respondeo Demones interdum futura praedicere, non quod ea per vires suae naturae certo cognoscant, sed quia aliis modis ea nosse possunt. Horum primus est experientia praeteritorum, ut docet Augustinus variis in locis: si enim medici, agricola, & nauta, ex praeteritorum experientia, multa praenuntiant, a fortiori id praestare possunt Demones, qui ut ait idem S. Doctor lib. 2. de Genesi ad litteram c. 17. *Subtiliori pollent sensu acumine, & experientia callidior, propter magnam vitae longuitudinem.* Deinde futurorum notitiam interdum accipiunt Demones a bonis Angelis, ea significantibus, vel ab hominibus Dei instructis praeditis, quales Prophetae vel Sybillae fuerunt. *Audiens enim iste* (inquit Augustinus lib. 4. de Trinit. cap. 17.) *& aerea potestates, sive Angelici nuntiantibus, sive hominibus.* Unde Tertullianus in Apologetico cap. 22. *Dispositiones etiam Dei & tunc Prophetae concinnantibus excepterunt, & nunc lesionibus resonantibus carpunt.* Ita & hinc sumentes quassam temporum sortis, amantur divinationem, dum furantur divinationem.

Solent etiam Demones ea quae imminere certo sciunt, aut quae procul sunt, alio in loco existentibus aperire, tamquam si quisquam (inquit August. lib. 4. de Trinit. c. 17.) *de montis vertice aliquem longe videat venientem, & prope in campo habitantibus ante nuntiat. Etenim omnis spiritus aeth. ut Tertullianus scribit in Apolog. c. 23. hoc & Angeli & Demones. igitur momento ubique sunt. Tersu*

orbis locus illis unus est. Quid alibi geratur, tam facile sciunt, quam enarrant. Velocitas divinitus creditur, quia substantia ignoratur. Sic & Antiochus interduum videri volens eorum quae annuntiant. Idem docet Antonius Magnus apud Athanasium, in ejus vita, dum suos aduersus demonum fraudes, & affectionem illam divinationis instruit. Nam illos ait ob levitatem naturae per cuncta discurrere, quae iam caepa viderint, longinquas nuntiare. *Non enim ea quae nondum fieri caepa sunt, referunt, quia Dominus solus conscius est futurorum: sed quorum conscientia in actu initium, eorum sibi tanquam apud ignaros vendicant de futuris fieri notionem.* Ita & de Nili inundatione solemni, cum multas in Aethiopia viderint pluvias, & quibus fluuius intumesceret, ultra alocum effluere consuevit, praecurrentes ad Aegyptum, nuntiant anni adventum.

Nonnumquam etiam, ut scribit August. lib. 2. de Genesi ad litt. c. 17. *nesandi illi spiritus ea quae ipsi facturi sunt, velut divinando praedictor: quemadmodum accepta divinitus potestate, salubri primo, debine remedia praecipunt, ad miraculum nova, sive contraria, post qua desinunt ledere, & curasse creduntur.*

Denum futura Demones cognoscunt ex conjecturis, & syderum influentiis quas optime vorunt: cum enim sciant maximam hominum partem sequi potius passiones, influentis syderum excitatas, quam rationem, frequenter plura, si non certo, saltem conjecturaliter praevident, & tamquam vera praedictor, licet conjecturaliter solum cognoscant. Ita D. Thomas q. 2. q. 95. art. 5. ad 2. *Et propter eandem causam iudicari etiam quandoque vera praedictor. Verumtamen quia ars illa fallax est, & ut plurimum admixtam habet Demonis invocationem, ideo prohibetur jure divino.* Deuter. 18. *Isaia 47. & Jeremia 10. nec non jure Pontificio, in Concilio Braccarensi l. c. 9. & 10. in Toletano 1. in assertione fidei; & Martino I. ab Alexandro III. & Xisto V. immo & jure civili, codice de maleficiis & mathematicis.*

Adit D. Hieronymus ad cap. 41. *Isaia. Demones futura praenuntiantes solere ut plurimum mendacia iungere veritati, & suas sic temperare sententias, ut seu boni, seu mali quod accidat, utrumque possit intelligi. si aliquid (inquit) dixerit malis ab idolis esse praedicta, hoc sciendum, quod semper mendaciam junxerint veritati, & sic sententias temperant; ut seu boni seu mali quod accidit, utrumque posse intelligi. Ut est illud Pyrrhi Regis Epirorum: *Apo te Xacillum Romanos vincere posse.* Et Crassi: *Crassus transfusus Halym, maxima regna perdet.* Cui confonat illud Tertulliani Apol. cap. 22. *In oculis autem quo ingenio ambiguitates temperant in eorum, sciant Crassi, sicut Pyrrhi.* His & multis aliis modis fallit Daemon miser mortales, futurorum cognoscendorum illecebra delinquit. Nihil enim est cuius tanta cupiditas tenentur homines, ac futurorum scientia, ut ait Chryso. homil. 78. in Joan.*

Objicies secundo: D. August. lib. 12. supra Genesim ad litt. c. 13. docet quod anima humanae, secundum quod a sensibus corporis abstrahitur, competit futura praevidere. Unde etiam Tertullianus in libro de testimon. anima: *Re cogita (inquit) in praesens vatem, in omnibus augurem, in eventibus praesentem: non mirum si a Deo data homini novit divinae.* Ergo id potiori jure Angelis, quibus perfectior est intelligendi virtus, concedi debet.

Respondeo ex D. Thoma infra q. 86. art. 4. ad 2. *men-86* tem Augustini esse quod anima rationalis possit futura libera & causalia cognoscere, non naturali virtute, sed per impressionem aliquarum causarum superiorum, spirituum & corporalium. *Spirituum quidem: sicut cum virtute divina ministerio Angelorum intellectus humanus illustratur, & phantasmata ordinantur ad futura aliqua cognoscenda; vel etiam cum per operationem Daemonum fit aliqua commotio in phantasia, ad praesigandum aliqua futura quae demones cognoscunt. Hujusmodi autem impressiones spirituum causarum magis nata est anima humana suscipere, cum a sensibus alienatur: quia per hoc propinquior sit substantiis spiritualibus, & magis libera ab exterioribus inquietudinibus. Contrahit autem hoc per impressionem superiorum causarum corporalium; manifestum est enim quod corpora superiora imprimunt in corpora (scilicet inferiora.) Unde cum vires sensitivae sint actus corporum organorum, consequens est quod ex impressione celestium corporum immutetur quodam modo phantasia. Unde cum celestia corpora sint causa futurorum futurorum, sunt in imaginatione aliqua signa quorundam futurorum. Haec autem signa magis percipiuntur in nocte & dormientibus, quam de die & a vigilantibus, quia ut dicitur in libro de somno & vigilia, quae deseruntur de die, distulvantur magis.* Haec S. Doctor.

Objicies tertio: *Ævum est mensura perfectior tempo-87* re, eique superior: Ergo habet virtualiter coexistendi ad tempus praeteritum & futurum, sicut aeternitas: Ergo cum cognitio angelica mensuretur ævo, non solum ad praesentia, sed etiam ad praeterita & futura se extendit.

Respondeo quod licet ævum fit duratio perfectior tempore, eique superior; quia tamen est mensura intra lineam durationis finita, sicut ipsa Angeli substantia quam men-88

mensurat, intra lineam substantiae finita est, & constans genere & differentia: ideo non continet simpliciter durationes rerum inferiorum; nec ad tempus praeteritum & futurum virtualiter coextenditur: sicut aeternitas, quae intra lineam durationis infinita est, & mensura esse divina, in quo omnium creaturarum existentia eminentissimo modo continetur. Nec vero oportet quod omne nobilissimum continens nobilia, secundum proprias rationes, ut multis instantibus declarari possit: nam unio animae rationalis cum corpore est nobilior unionem cujuslibet alterius formae, & tamen non continet unionem cujuslibet alterius formae, secundum propriam rationem: item quamvis Africa sit major Aquitania, illam tamen non comprehendit.

Adde quod, licet daretur, ævum ad tempus praeteritum & futurum posse virtualiter coextendi, sicut aeternitatem; ex hoc tamen non sequeretur Angelum posse intuitive futura contingentia cognoscere: quia licet cognitio qua habet Angelus de se, sit necessaria, & mensuratur ævo; cognitio tamen quam habet de rebus contingentibus, libera est, & non mensuratur ævo, sed temperate discreto; quod est mensura actionum liberarum Angelicis: ut supra disputatione sexta qua est de Ævo & tempore Angelorum, fuisse declaratum est.

89 Objicies quarto: Christus per vires infusus futura contingentia & libera cognoscit: Ergo & Angelus. Probatur Consequencia: quia species Angelorum sunt perfectiores, quam sint species infusae animae Christi, ut docet S. Thom. 3. p. qu. 11. art. 4.

90 Respondeo concessio Antecedente, negando Consequentiam. Licet enim species angelicae sint perfectiores speciebus infusis animae Christi, quantum ad universalitatem, non tamen quantum ad alia. Nam ut ibidem ait S. Doctor: *Scientia indita animae Christi fuit multo excellentior quam Angelorum scientia, & quantum ad multitudine cognitorum, & quantum ad scientiam certitudinem; quia lumen spirituale gratis quod est inditum animae Christi, est multo excellentius, quam lumen quod pertinet ad naturam Angelicam.* Et ita species animae Christi infusae, utpote praeternaturales, & deservientes scientiae ejus supernaturales, representant actu futura contingentia & libera, non tamen species Angelis conaturalales, & eis ab initio suae conditionis infusae.

91 Objicies quinto: Angelus per vires suae naturae omnem veritatem naturalem cognoscit: Sed hae est veritas naturalis. *Haec causae liberae est de determinata vel non determinata ad hunc effectum:* Ergo Angelus cum naturaliter cognoscit: Ergo in vi illarum contradictoriarum, & in veritate objectiva, quae ex vi contradictionis in eis resultat, potest Angelus quidem sit determinate futurum, vel non futurum, naturaliter praecognoscere.

92 Hoc praecipuo motivo ducitur Vasquez, loco supra citato, ad rejiciendum rationem D. Thomae supra expositam, & ad docendum nulla efficaci ratione posse probari, Angelos non posse naturaliter futura contingentia cognoscere: Sed quam debile & infirmum sit hoc fundamentum, satis patet ex supra dictis. Licet enim Angelus naturaliter lumen veritatem aeternae disjunctivae cognoscatur, sicut & nos etiam illam cognoscimus; non sequitur tamen quod ex vi illius, seu ex vi contradictionis quam continet, possit determinate futurum alicujus contingentis cognosci; quia ad veritatem disjunctivae, non requiritur quod partes ex quibus componitur sint determinatae verae, aut determinate false, sed sufficit quod una ex illis, quaecumque illa sit, habeat veritatem aut falsitatem, seu quod ambe non possint esse simul verae & simul false, sed sint in veritate aut falsitate impossibiles: alioquin cum propositio illa disjunctiva, non solum vera, sed etiam necessaria sit, veritas determinata; quae ex illa in propositionibus de futuro contingentibus resultaret, non esset veritas libera & contingens, sed naturalis & necessaria, maxime cum vis & natura contradictionis fundetur in illo primo principio. *Quodlibet est, vel non est: quo nihil potest dari aut concipi magis necessariam:* Veritas ergo determinata in propositionibus de futuro contingentibus, non oritur ex vi & natura oppositionis contradictoriae, sed ex determinatione causarum, praesertim causae primae, quae cum sit primum liberum, & primum determinans, est prima radix totius libertatis & contingentiae in rebus creatis, & ut ait D. Thomas 1. Periherm. lect. 14. *Causa quaedam praesidens totum ens, & omnes ejus differentias, & ideo ex ipsa voluntate divina, necessaria & constin-*

erunt determinate verae, & conformes suo objecto, cum verum sit in tali signo, nihil esse determinate futurum. Pro solutione hujus instantiae, & majore hujus doctrinae explicatione.

Advertendum est, propositionem negativam ex duplici capite posse habere veritatem; vel quia ita est quod forma seu praedicatum non inest subjecto; vel etiam per non suppositionem extremi: v. g. de Petro albo verum est dicere, *Petrus non est niger*; quia niger non inest; & de Petro mortuo, vel nondum existente, verum est etiam dicere, *Petrus non est vigor*, per non suppositionem extremi, quia videlicet si Petrus non sit, consequenter non est niger. Eodem ergo modo propositio negativa de futuro contingenti potest esse vera: vel quia futurum est quod forma non inest subjecto, ex decreto Dei sic determinatis, aut ex indispositione causarum: vel quia nulla datur futuritio; tunc enim vera est propositio negativa per non suppositionem extremorum. Dico ergo, quod cum Dei decretum, decernens quid futurum fit vel non, sit aeternum, ideo in tota aeternitate inest contradictoribus determinata veritas aut falsitas, ex vi divini decreti: antecedenter tamen ad decretum, ordine rationis & intelligentiae, omnes negativae sunt verae; non quia ita futurum fit, sed quia nulla est futuritio; & consequenter habent veritatem per non-suppositionem extremorum. Est ergo vera haec propositio: *Petrus non disputabit*, non quia futurum fit quod non disputabit; sed quia nulla est futuritio seu determinatio dispositionis vel non dispositionis. Et idem dic de ista: *Antichristus non erit*.

Objicies ultimo: Species Angelorum mentibus indite, **94** non solum representant singularia existentia, sed etiam futura: Ergo cum quilibet Angelus suas species comprehendat, cognoscit in illis non solum res praesentes, sed etiam ea quae habitura sunt existentiam in aliqua differentia temporis.

Respondeo quod licet species Angelorum mentibus indite de se sint representativa singularium, quae habitura sunt existentiam in aliqua differentia temporis, ea tamen de facto & in actu secundo non representant, defectu alicujus conditionis ad actualem eorum representationem necessariae, actualis scilicet existentiae & durationis illorum: nam ut ait D. Thomas hic art. 2. ad 3. *Et quia sunt praesentia, habent naturam, per quam assimilantur speciebus quae sunt in mente Angelis; & sic per eas cognosci possunt: sed quae futura sunt, non habent naturam per quam illis assimilantur, unde per eas cognosci non possunt.* Sicut Ergo Deus antecedenter ad sua decreta libera, non videt futura contingentia; quia licet pro illo priori essentia divina in ratione species intelligibilis habeat ex parte sui omnia requisita ad illa representanda, deest tamen illi extrinsecum connotatum, scilicet decretum liberum, ad actualem eorum representationem necessarium: ita pariter Angelus comprehendendo suas species, illis futura contingentia non agnoscit, quia quamvis species illa habeant omnia ex parte sui requisita, ad ea representanda, deest tamen illis aliquod extrinsecum connotatum, nempe actualis existentia & duratio illorum, quae (nisi a Deo revelentur) est conditio ad actualem eorum representationem necessaria.

96 Quaeres, num inter futura contingentia, quorum praesentia negatur Angelis, numeranda sint non tantum ea, quae impediri possunt interventu causae liberae, sed etiam illa quae sunt a causis naturalibus, per accidens connexis, & quae fortuita seu casualia appellantur?

Respondeo affirmative: quia casualia & fortuita nullam habent in aliqua causa determinationem, in qua certo & infallibiliter cognosci possint, sed omnino per accidens eveniunt; ut docet D. Thomas infra qu. 115. art. 6. his verbis: *Quod aliquid corpus terrestre ignitum in superiori parte aeris generetur, & deorsum cadat, habet causam aliquam virtutem celestem.* Et similiter etiam quod in superficie terra sit aliquid materia combustibilis, potest reduci in aliquod celeste principium; Sed quod ignis cadens huic materia occurrat, & comburatur eam, non habet causam aliquod celeste corpus, sed est per accidens. Ergo futura casualia & fortuita ab Angelis naturaliter cognosci nequeunt.

§. IV.

Resolvitur dubitatio inciens de cognitione Angelorum circa praeterita.

97 Ex dictis oriri potest dubitatio, an Angeli naturaliter etiam dubium, quia Angeli ea quae viderunt aliquando praesentia, deinde cognoscant, & recorderentur eae praeterita. Nec item est dubium, quin naturaliter cognoscere possint ea praeterita, de quibus ex vestigijs sua existentia relicta constare potest esse praeterita. Sed difficultas tantum est, utrum Angeli cognoscant praeterita libera, quorum non perceperunt praesentiam, & quae nullam sui reliquere vestigium.

198 Partem affirmantem tenet Vasquez diff. 109. c. 4. n. 20. Fundamentum eius est, quia Scripturae & Patres negant damtaxat Angelos cognoscere futura: Ergo, inquit, non debemus illis negare cognitionem rerum praeteritarum. Ex adverso sunt omnes alii Theologi, negantes Angelos cognoscere praeterita contingencia seu libera, quae non percipere praesentia, aut quae nullum sui reliquere vestigium. Ratio est, quia praeterita prius non cognita, & quae sui nullum reliquere vestigium, ita se habent respectu intellectus angelici, ac si nunquam fuissent: unde eodem modo de illis ac de futuris & nondum existentibus philosophandum est. Atqui contingencia quando sunt futura, naturaliter ab Angelo cognosci nequeunt, ut supra ostensum est: Ergo nec praeterita quae prius non fuerunt cognita, & quae nullum sui reliquere vestigium. Unde ipse Vasquez sup. immemor, dum de memoria Angelorum loquitur, disp. 111. c. 2. n. 68. asserit quod non potest unus Angelus praeteritam alterius Angelii cognitionem cognoscere per memoriam, nisi prius eam praesentem cognoverit.

199 Adde quod, Scripturae aequae negat Angelis, & reservat soli Deo cognitionem praeteritorum, ac futurorum; ut patet Hsaie 41. ubi Propheta, ut ostendat idola non esse veros Deos, per apolliphentem ait: Appropinquate & annuntiate nobis quacumque ventura sunt, aut priora quae erant, (id est praeterita) & dicemus, quis ait istis vos. Ita hunc locum explicavit Hieronymus in Hsaie, & Gregorius homil. 1. in Ezechiel. asserentes aliquando prophetiam cadere in praeterita, ut in futura; & ideo Moysem narrantem exordium mundi, Prophetam dici, quia narravit praeterita quae scire non potuit naturaliter. Ex quo patet falsum ac ruinofum esse fundamentum Vasquez.

ARTICULUS V.

Utrum Angeli faciant cordium, & mysteria gratiae, naturaliter cognoscere possint?

§. I.

Prima pars quaesitae resolvitur.

120 De hoc primo: Angeli non possunt per vires suas naturae, & seclusa Dei revelatione, aut speciali directione cogitantia, secreta cordium, seu humanae aut angelicae mentis cogitationes & affectus certo cognoscere. Ita D. Thom. hic art. 4. & communiter Theologi contra Durandum in 2. diff. 8. qd. 3. docentem Angelos posse naturaliter cognoscere cogitationes & affectus mentis praesentes, non tamen futuros. Cui sententiae favent Henricus & Heerveus, existimantes Angelos posse naturaliter cognoscere cogitationes cordium, quantum ad substantiam, quantum ipsas non possint cognoscere, quantum ad modum, seu quantum ad ordinem, & terminationem quam dicunt ad tale objectum, aut talem finem in particulari.

121 Probatur primo conclusio ex illis locis Scripturae, in quibus tanquam singulari Dei attributum refertur, quod ipse est inspector seu scrutator humanorum cordium, 1. Regum 16. Homo videt ea quae parent: Dominus autem inspector cor. 2. Paralip. 6. Tu solus nosti coram filium hominum. Et Jeremie 17. Utrum est cor hominis & inventabile, quis cognoscet illud? Ego Dominus scrutator cordis & rener. Quae verba exponens D. Hieronymus ait: Hinc discimus quod nullus scit cogitationes hominum, nisi solus Deus.

122 Respondet Durandus, id verum esse de cogitationibus hominum futuris, non tamen de praesentibus. Sed contra: Scriptura haec duo distinguit in Deo, & ut diversis attributa illi propria laudet, nempe esse praesentem futurorum, & esse inspectorem cordium: Primum quidem Hsaie 41. & alii locis articulo precedenti citatis: alterum vero Actuum 1. Psal. 7. & aliis locis, quae iam retulimus. Hinc Terullianus l. 3. contra Marcionem c. 15. ut ostendat Deum Marcionis non esse verum Deum, provocat illum ut & futura praesentis, & occulta cordis revelat. At si solum esset proprium Deo cognoscere consilia cordium futura, & si Angeli possent videre cogitationes & affectus quos actu homo habet & format in mente, haec duo non essent diversa: unum enim includeretur in alio, ut patet. Ergo Scriptura locis citatis docet esse proprium Deo cognoscere cogitationes & consilia, quae homo actu habet in corde. Unde Ildorus Pelusita lib. 3. Epist. 156. Ea quae cogitatione voluntur (inquit) minima Divino cogita sunt. Hoc enim divinus, damtaxat potentis, quae cordis nostrae figillationis sunt, penetrare est.

123 Secundo probatur conclusio, Scriptura & SS. Patres probant Christum fuisse verum Deum, ex eo quod interius mentis cogitationes cognoverit: At si cognoscere secreta cordium, non esset actio Deo propria, & posset alteri quam Deo, nempe ipsi Demoni, naturaliter convenire, non bene ea in enterretur Christum esse Deum; Ergo cognoscere secreta cordium, est actio Deo propria, & nulli creature humanae vel angelicae potest naturaliter con-

petere. Minor & consequentia patent. Major autem probatur ex Jo. 2. ubi dicitur, quod Christus non crederet semetipsum aliquibus qui in ipsum se credere profitebantur, quia eorum corda a se aliena esse cognoscebat: ex quo infert Evangelista, indicans Christi Divinitatem: Opus ei non erat ut quis testimonium perhiberet de homine, ipse enim sciebat quid esset in homine. Laudatur etiam in Evangelio Nathanael, quod ex eodem indicio agnovit Christi Divinitatem. Noverat enim (inquit Cyrillus Alexandrinus) solum Deum scrutatorem esse cordium, nec uni alteri mentem hominis patere. Item Chrysologus ferm. 30. dicit Phariseo, cujus cor Christum cognoverat: Cope ejus divinitatis insignia. Audi eum peccatoris sui peccata secrete. Aspice eum ad cogitationem tuarum latebras perventis. se. Intelligo eum cordis tui latebra nudare consilia. Et ferm. 94. Dum Pharisaei cordis patefecit arcium, ipsum fuisse totius Prophetae demonstravit auctorem. Eodem argumento utitur Hieronymus in cap. 17. Jeremi ubi ex illo Luc. 11. Ut vidit Jesus cogitationes eorum, sic ratiocinatur. Nullus potest videre cogitationes eorum, nisi solus Deus: Ergo Christus est Deus.

Tertio suaderi potest conclusio ex aliis Scripturae locis, in quibus est prophetia, & cognoscitio cogitationum cordis, probatur Deum habitare in mentibus eorum hominum qui eis agnoscunt: quod non esset necessarium, nec bene colligeretur, si alius quam Deus posset revelare corda hominum. Sic 1. ad Corinth. 14. Paulus ait, quod si quis Gentilis in coetum Christianorum intret (loquitur Apostolus de suo tempore in quo fere omnes prophetabant) convincitur ab omnibus, adjuvatur ab omnibus, & ocula cordis ejus manifestata sunt; & ita cadens in faciem, adorabat Deum, pronuntiatis quod vere Deus in vobis sit: quia scilicet manifestatis oculata cordis humani, quod nemo potest facere nisi Deus.

Quarto probatur conclusio hac ratione probabili, quam variis in locis insinuat D. Thomas. Actus liberi nostrae voluntatis debent esse perfecte sub ejus dominio: At non haberet voluntas plenum & perfectum dominium suorum actuum, si ipsa invita esset naturaliter aliis creaturis conspicua ejus electio & liberatio: esset enim haec electio, ut ita dicam, quasi juris publici, nec perfecte pertinere ad suum principium: Ergo non patent alienis oculis cordis humanae secreta.

Denique probatur conclusio ratione fundamentali: Angelus non potest naturaliter cognoscere nisi ea quae pertinent ad ordinem hujus universi, cujus est pars: Atqui actus liberi voluntatis creatae, intra eam sitentes, nullumque inferentes effectum ad extra, ad ordinem universi non pertinent, sed sunt extra & quodammodo supra ipsum: Ergo non possunt naturaliter ab Angelo cognosci: Major est certa: Tum quia Angelus habet solum species representativas eorum quae ad hoc universum pertinent: Tum etiam, quia oportet assignare aliquem terminum cognitioni angelicae, non potest autem alius terminus illi assignari quam latitudo totius universi: Tum denique, quia si cognitio naturalis Angeli ad ea quae non pertinent ad universum se extendere, non esset major ratio cur potius se extendere ad unum quam ad aliud: & sic omnia possibilia & futura contingencia attingeret.

Minor autem probatur: Ordo universi consistit in hoc quod causae particulares habent concatenationem cum universalibus, seu in hoc quod inferiora regantur & moventur per superiora, ut docet D. Thomas quodlib. 6. Unde ut aliqua causa inferior & particularis, ejusque operatio ad ordinem universi pertineat, debet habere necessariam cum aliis causis naturalibus & universalibus connexionem, esseque apta moveri ab illis: e contra vero si aliqua causa particularis sit talis conditionis & eminentiae, ut in suis operationibus non dependeat a causis naturalibus & universalibus, sed a solo Deo, qui est extra & supra totum ordinem universi; oportet quod tales operationes sint extra, & quodammodo supra totum ordinem universi: voluntas autem humana, ratione libertatis & perfecti domini quod habet in suos actus liberos, talis est naturae, perfectionis, & eminentiae, ut in illis a solo Deo dependeat; quia solus Deus potest ei illi, & intra ipsam operari: Ergo actus liberi voluntatis creatae ad ordinem universi non pertinent, sed extra ipsum & quodammodo supra ipsum existunt.

Hanc rationem insinuat S. Thomas hic art. 4. ubi ex 126 eo quod voluntas rationalis creaturae, soli Deo subiacent, & ipse solus in eam operari potest, infert cogitationes cordium & affectus voluntatis, a solo homine illos actus eliciente, a Deo cognosci posse: juxta illud Apostoli 1. ad Corinth. 2. Quae sunt hominis, nemo novit, nisi spiritus hominis quia in ipso est. Ad quae verba idem S. Doctor sic ait: Nec Angelus bonus, nec malus, ea quae in corde hominis latent scire potest, nisi in quantum per aliquos effectus manifestentur. Cujus ratio accipi potest ex ipso verbo Apostoli, qui dicit: ea ratione spiritus hominis cognoscere quae in corde hominis latent, quia in ipso homine est. Angelus autem neque bonus neque malus utiliter menti humanae, ut in ipso

§. II.

Alia corollarium nosatu dignum

ipso corde hominis sit, & intrinsecus operetur, sed hoc solus Dei proprium est. Unde solus Deus est conscius secretorum cordis hominis, secundum illud Job 16. Ecce in celo testis meus, & in excelsis concipio meum.

107 Eandem rationem sulus expendit idem S. Doctor q. 8. de verit. art. 13. his verbis: Angelus naturaliter cognoscit per formas sibi inditas, quae sunt similitudines rerum in natura existentium: motus autem voluntatis non habet dependentiam nec connexionem ad aliquam causam naturalem, sed solum ad causam divinam, quae in voluntate sola imprimere potest. Unde motus voluntatis, & cordis cogitatio, non potest cognosci in aliis similitudinibus rerum naturalium, sed solum in essentia divina, quae in voluntate imprimi, & sic Angeli cognoscere non possunt cogitationes cordium directe, nisi in verbo eis revelentur.

108 Denique idem S. Doctor qu. 19. de malo art. 8. sic diff. currit: Id quod cadit sub ordine superioris non potest cognosci inferiori causa, sed solum superior causa movens, & illa qui movetur. Sicut si aliquis civis est sub populo, tamquam sub inferiori causa, & sub Rege tamquam sub superiori, non poterit populum cognoscere circa civem si quid immedie Rex circa ipsum ordinaverit, sed cognoscit Rex, & civis qui movetur secundum ordinem Regis. Unde cum voluntas interior non possit ab alio nisi a Deo moveri, cujus ordinis immedie subest motus voluntatis, & per consequens voluntatis cogitatio, non potest cognosci neque a Dæmonibus, neque a quocumque alio, nisi ab ipso Deo, & ab homine volente & cogitante, Ex his

109 Inferes primo, quod cum D. Thomas probat actus liberos internos non cognosci naturaliter ab Angelis, quia quæ sunt a voluntate creatae soli Deo subiacent: discurras ejus non resolvitur in illud principium: Quæ sunt a solo Deo, sunt soli Deo cognita, ut falso existimat Suarez, & alii Recentiores (nam principium illud sic acceptum manifeste falsum est; ut patet in materia prima, elementis, calis, & Angelis, quae omnia sunt a solo Deo, & tamen nota sunt intellectui creato) sed potius in istud: Quæ sunt ab aliqua causa, nota a solo Deo, sunt soli Deo cognita, dammodo tamen non sint ab ea causa, in ordine ad universum, vel ad aliquod ad ipsum pertinens; & hujusmodi sunt ea quæ sunt a sola voluntate creatae, id est, quæ ab ejus dominio sene dependent, & intra ipsum solum. Ex quo solvitur id quod potest dici de actibus necessariis, mere interioris, qui sunt a sola voluntate a Deo mota; quia non sunt a voluntate cum dominio, sed elicitive tantum, insuper dicunt ordinem naturalem ad ipsam, tamquam proprietates, vel tanquam aliquid ad ejus complementum naturaliter requisitum.

Dices, hanc rationem ita explicatam convincere, Angelum nullo modo posse cognoscere secreta cordis aliorum; etiam ad ipsum dirigitur: quia adhuc posita tali directione, manent extra ordinem universi, & consequenter extra objectum proportionatum intellectus angelici.

Sed negat sequela: Quilibet enim intellectus angelicus habet virtutem proportionatam ad intelligenda quaecumque pertinent ad ordinem universi, & ad ipsum cognoscendum: unde si modo aliquis Angelus extra universum crearetur, intelligeret seipsum, & omnia ad se pertinentia; sed vero illa quæ sunt in hoc universo, ad quod, ut supponimus, non pertinet: hoc autem ipso quod aliquid Angelum dirigitur actus interni alterius, ex vi talis directionis incipiunt ad illum pertinere, & consequenter ingredi latitudinem objecti proportionati sui intellectus, immo & incipiunt etiam pertinere quodammodo ad ordinem universi, quia illa pertinent ad ordinem universi, quæ vel ad ipsum, vel ad aliquam illius partem ordinantur. Nec tamen ideo licet inferre, hoc ipso tales actus internos ab omnibus Angelis cognosci: utpote cum omnes Angeli habeant virtutem naturalem ad omnia cognoscenda, quæ pertinent ad universum. Respondet enim, quemlibet Angelum naturaliter quidem cognoscere quaecumque pertinent ad universum absolute & simpliciter, sed tamen quæ secundum quid tantum ad illud spectant: ex eo autem quod actus liberi Angeli ad alium dirigitur, incipiunt pertinere secundum quid tantum ad universum, utpote in ordine tantum ad illum Angelum ad quem dirigitur; & sic non est necesse ut ab omnibus cognoscatur, sed ab illo solum ad quem dirigitur; ut latius exponemus infra disp. 15. art. 1. & 2. cum agemus de locutione & illuminatione Angelorum.

110 Inferes secundo, actus liberos nostrae voluntatis, & actus internos libere ab intellectu nostro procedentes, esse naturaliter cullibet alteri intellectui creato occultos, nempe quoad modum libertatis, sed etiam quoad substantiam: quia cum sint independentes quoad substantiam a causis naturalibus, non pertinent ad hoc universum, etiam quoad substantiam & entitatem. Secus dicendum est de actibus potentiarum sensitivarum externarum aut internarum, & de actibus appetitus sensitivi: Illi enim pertinent a causis universalibus, & sic ad ordinem universi pertinent.

EX dictis etiam inferitur contra Scotum, Gabrielem, 111 & aliquos Recentiores, Angelos esse vera impotentia intrinseca, & non ex sola subtractione concursus divini, secreta cordium ignorare.

Patet hoc corollarium: Primo quia supra ostendimus, 112 Scripturam & SS. Patres tribuere Deo cognitionem secretorum cordis, tamquam specialem ejus excellentiam & prerogativam: non esset autem specialis Dei excellentia, si esset proportionata virtuti naturali Angeli, & si Angeli cordis humani secreta, ex vera impotentia intrinseca non ignorarent, sed solum, ut docent praedicti Auctores, quia Deus ei negaret concursum naturalem, sicut negavit igni Babylónico: Ergo quod Angeli cordium secreta ignorent, provenit ex vera impotentia intrinseca, & non ex sola denegatione concursus divini.

Secundo, Scriptura & SS. Patres supra relati probant Christi Divinitatem ex cognitione & manifestatione secretorum cordis: At hac probatio parum soliditatis habet, si Angelus naturaliter & cum concursu Dei conaturaliter sibi debito, ea penetrare valeret: posset enim aliquis merito dicere, non esse Christum esse Deum ex eo quod secreta cordis penetraret & manifestaret, sed ad summum esse Angelum, cum quo Deus secundum naturalem ejus exigentiam concurrat: Ergo idem quod prius.

Tertio, Alii SS. Patres relati dicunt, Angelos aequae non cognoscere secreta cordis; ac non cognoscere futura contingencia: Sed futura contingencia non cognoscunt ex vera impotentia intrinseca, ut supra ostendimus, & latentur Adversariis: Ergo nec cordium secreta.

Quarto, juxta hanc Scotti sententiam, cognitio cogitationum cordis non esset miraculosa, sed potius esset effectus illius miraculi, quo Deus impedit talem cognitionem: sicut restitutio concursus, quem Deus igni Babylónico denegaverat, non fuit miraculum, sed potius fuit cessatio illius miraculi, quo naturale ignis operationem impediabat: Sed hoc videtur absurdum: Ergo &c.

Quinto Angelus potest solum naturaliter cognoscere ea quæ pertinent ad ordinem universi, cujus est pars: Sed actus liberi voluntatis creatae ad ordinem universi non pertinent, sed sunt extra & quodammodo supra ipsum, ut supra ostendimus: Ergo non potest illi naturaliter cognoscere: subindeque illos ignorat ex defectu potentiae, & non ex sola denegatione concursus divini.

Denique contra eandem sententiam valde arguit, quod Deus nunquam privat totum aliquod genus causæ (salem a principio suae conditionis) ad quaerenda conaturaliter debito ad aliquam actionem, ad quam habet naturalem inclinationem & virtutem proportionatam; alias inclinatio illa & virtus essent frustra. Nec valet si dicas, hunc concursum denegari ex rationabili causa, ne scilicet Dæmones acrius nos impugnent, cognitis cogitationibus nostris. Nam illa ratio non habet locum in bonis Angelis; & licet mali cognoscerent cogitationes nostras, aliunde tamen possent ligari, & ne nos insultarent acceri.

§. III.

Solvuntur Objectiones.

113 Obijciunt in primis Adversarii quaedam testimonia SS. Patrum, asserentium Angelos suas cogitationes & affectus mutuo cognoscere. Ita videtur sentire Venerabilis Beda l. 2. in Job cap. 7. ubi ait: Non enim quidquam affectuum suorum ad invicem latere Spiritus potest: simplices enim creaturae, nullum habentes quasi obstatulum compulsum, perspicua sibi sunt. Et D. Gregorius lib. 18. Moralium c. 27. alias 31. in beatitudine resurrectionis, inquit, unus erit perspicibilis alteri, sicut ipse sibi: & cum uniuscujusque intellectus attenditur, simul conscientia penetratur. Unde concludit: civitatem Beatorum allegoricè vocari virtutum mundum, & immediate post subjicit: Nunc autem corda nostra, quomodo in hac vita sumus, quis ab altero in alterum videri non possunt, non intra videri, sed intra lutea vascula conclusionantur.

114 Respondeo illos SS. Patres olum velle quod Angeli non impediantur propter membrorum compulsum, sicut homines, ne uniusquisque mentem alterius penetraret & cognoscat. Nam ut ait D. Thomas hic art. 4. ad 1. Cognitio unius hominis non cognoscitur ab alio, propter duplex impedimentum, scilicet propter grossitatem corporis, & propter voluntatem claudens sua secreta. Primum autem obstatulum tolleratur in resurrectione, nec est in Angelis: sed secundum impedimentum manebit post resurrectionem, & est modo in Angelis.

115 Obijciunt secundo: Magi a Dæmonibus instructi revelant interdum secreta cordium, ut de Alberico quodam Mago testatur D. Augustinus lib. 1. contra Academicos c. 6. Item

Item Demones assilentes energumenis, cognoscunt imperia mentalia quae Exorcista illis imponunt, v. g. quod exhibent reverentiam erga talem rem sacram: Ergo Angeli possunt naturaliter cogitationes cordium cognoscere.

116 Respondeo Demones interdum revelare aliquas cogitationes cordis humani, non quod eas certo intelligant, sed quia ex immutatione interna temperamenti corporali, vel ex quibusdam externis indicibus illas explorant, & conjecturaliter cognoscunt. Nam ut recte ait D. Thomas hic art. 4. possunt Demones per indicia externa, vel pulsam, immutationem vultus, & alias corporis affectiones, deprehendere affectus mentis: quod & medici faciunt, sed illi eo melius, quo subtilitas huiusmodi mutationes corporales advertunt & expendunt. Idem docet Cassianus Collat. 7. cap. 15. his verbis: *Nulli dubium est, quod possessus spiritus inmundi cogitationum nostrarum attingere qualitates, sed iudicium eas sensibilibus fortiter colligentes: id est ex non sensu dispositionibus aut verbis, ac iudicium in qua propositus confixerat nos inclinari. Ceterum illas, quae nec tam de terminis animi proderunt, adire omnino non possunt. Ipsas quoque cogitationes quas ingerunt, arum susceptas, vel quemadmodum suscipit sunt, non per ipsius animi naturam, id est per illum interiorum motum, qui in aditu eius absconditur, & ut manifestus ad nos exprimat, in medullis, ut in altioribus, sed per motus in quo indicibus exterioribus hominis deprehenduntur: cum hoc a prudentibus quoque viris sapienter fieri videamus, ut scilicet interioris hominis statum, de figura & vultu, seu qualitate exterioris agnoscat: Possunt etiam demones naturaliter cognoscere imperia Exorcistarum sola mente concepta: quia eo ipso quod talia imperia mentaliter ad eos diriguntur, non manent amplius occulta, sed per talem directionem & ordinationem eis revelantur & manifestantur, ut patebit infra disp. 3. art. 3. cum agemus de locutione & illuminatione Angelorum.*

117 Obiicit tertio: Angelus potest cognoscere naturaliter quicquid continetur intra obiectum proportionatum sui intellectus: Sed actus liberi continentur intra obiectum proportionatum intellectus angelici: Ergo ab Angelo naturaliter cognosci possunt. Major patet, Minor vero suadet. Omnis entitas naturalis continetur intra obiectum proportionatum intellectus angelici: Sed actus liberi ad ordinem naturalem pertinent, cum non sint supernaturales, ut supponitur: Ergo continentur intra obiectum proportionatum intellectus angelici.

118 Respondeo negando Minorem: ad cuius probationem, distinguo Majorem. Omnis entitas naturalis continetur intra obiectum proportionatum intellectus angelici, entitas pertinet ad ordinem physicum, concedo Majorem: pertinet ad ordinem moralem; nego Majorem. Similiter distinguo Minorem: actus liberi pertinent ad ordinem naturalem, moralem, concedo Minorem: physicam tantum, nego Minorem, & Consequentiam. Solutio patet ex supra dictis: obiectum enim proportionatum intellectus angelici est illud tantum, quod pertinet ad hoc universum, & cum eo connexionem habet: ea autem quae ad lineam moralem & liberam pertinent, sunt extra hoc universum, & a solo Deo, & est supra totum universum, dependet, ut antea exposuimus, subindeque non pertinet ad obiectum proportionatum intellectus angelici.

119 Dicat cum Scotus: Duo obiecta eisdem naturae sunt duabus mensuris etiam eisdem spei & naturae aequae proportionata aut disproportionata: Sed cogitatio cordis unius Angelii, puta Michaelis, & cogitatio Gabrielis, sunt duo obiecta eisdem naturae, & mens Gabrielis ac mens Michaelis sunt eisdem speciei: Ergo cogitatio quae est in corde Gabrielis, est naturaliter aequae proportionata Michaeli, ut eam cognoscat, ac Gabrielis ipsi, qui eam videt in corde suo.

120 Respondeo cum eadem distinctione: Duo obiecta pertinentia ad ordinem physicum, concedo Majorem; pertinentia ad ordinem moralem, nego Majorem. Ea enim quae pertinent ad ordinem moralem & liberum, pendunt scilicet a voluntate a qua procedunt, & ab eo cui subiacet talis voluntas, & qui ipsi illi ac in ea operari potest; subindeque cogitatio a Gabriele elicita, nisi solum est proportionata ut naturaliter eam cognoscat, & Deo, qui solus menti humanae & angelicae illi potest, & in illis operari. Unde S. Thomas in commentario prime Epistola ad Corinthios, explicans illa verba c. 2. *Quis hominum scit quae sunt hominis? nisi spiritus hominis qui in ipso est?* sic habet: *Neque Angelus bonus, neque malus ea quae in corde hominis latent scire potest, nisi per aliquos effectus manifestentur. Cuius rei ratio accipi potest ex ipso verbo Apostoli, qui dicit spiritum hominis ideo cognoscere quia in corde hominis latent, quia spiritus hominis est in homine: Angelus autem, neque bonus, neque malus illabitur menti humanae, ut in ipso corde hominis sit, & intrinsecus operetur, sed solius Dei hoc proprium est: unde solus Deus est conscius secretorum cordis hominis, secundum illud Job 16. *Eccc in caelo testis meus, & conscius meus in excelsis.**

121 Obiicit quarto: Si Angelus superior non cognoscat co-

gitationes inferioris, nisi dependenter a revelatione seu manifestatione sibi facta ab ipso Angelo inferiori, sequitur quod Angelus inferior illuminet superiores, cum manifestatio cuilibet veritatis ignota, sit quaedam illuminatio: Sed hoc repugnat ordini hierarchico, & doctrinae D. Thomae infra qu. 107. art. 2. Ergo & illud.

Respondeo negando sequelam Majoris: Licet enim Angelus inferior, dirigens suam cogitationem ad superiorem, ei loquatur, non tamen ipsam illuminat: quia ut docet D. Thomas loco citato, & a. 2. qu. 181. art. 4. ad 2. nec non qu. 9. de verit. art. 5. ad 6. plus requiritur ad illuminationem, quam ad locutionem: est enim illuminatio manifestatio veritatis superiori modo cognita, dispondo illam pro capto inferiorum: locutio autem est sola ordinatio unius conceptus Angeli ad alium; quae ordinatione posita, tollitur ratio secreti illius, & ab eo cognoscitur; unde convenit Angelis inferioribus respectu superiorum.

Ex dictis facile haberi potest solutio alterius difficultatis in titulo propositae, an scilicet Angeli mysteria gratiae naturaliter cognoscere possint? Si enim Angelus non potest naturaliter cognoscere cogitationes alterius Angeli ex eius voluntate dependentes, multo minus potest cognoscere ea quae ex sola Dei voluntate dependent, qualia sunt mysteria gratiae. Unde sic argumentatur Apostolus 1. ad Corinth. 2. *Qua sunt hominis nervi nisi spiritus hominis qui in ipso est: ita & quae sunt Dei nemo novit nisi spiritus Dei.*

Confirmari potest haec ratio, ex eo quod mysteria gratiae sunt improporionata propter supernaturalitatem: cuiuslibet intellectus creato: Ergo non possunt ab ipso cognosci, nisi lumine supernaturali illustrentur & eleventur; ut fuisse ostendimus in materia de Incarnatione disp. 2. art. 5. quando inquiremus, an mysterium illud naturali lumine ab intellectu humano vel angelico cognoscibile sit?

Quaerunt hic aliqui, quae mysteria supernaturalia Angeli per fidem in via cognoverint?

Breviter respondeo, Angelos per fidem in via cognovisse Deum esse Trinum, Auctorem gratiae, & Finem ultimum supernaturalium: quia creati sunt, ut tenderent propriis actibus in talem finem supernaturalem; quod non poterant facere nisi illum cognoscerent. Quantum vero ad mysterium Incarnationis, illud cognoverunt quoad substantiam, & quaedam etiam principales circumstantias, ut docet D. Thomas hic art. 5. ad 1. quia, inquit, *hoc mysterium est quoddam generale principium, ad quod omnia eorum officia ordinantur.* Addi potest, fuisse convenientissimum, ut tunc Angeli cognoscerent proprium caput: Christus autem est caput hominum & Angelorum, ut ait Apostolus ad Coloss. 2. Ergo &c. Quantum vero ad alias huius mysterii circumstantias, illas non cognoverunt in via per fidem, sed vel a principio sua beatitudinis in patria clare & intuitive eas viderunt in verbo; vel extra verbum, per speciales revelationes eis factas, de illis postea edocui sunt, secundum quod eorum officis congruebat, ut testatur Dionysius cap. 7. de caelesti Hierarch. ubi haec scribit: *Sacra scriptura inducit quasdam caelestes essentias ad ipsam Jesum questionem facientes, & addiscentes scientiam divinis operationibus pro nobis, & Jesum eas sine modo docentem, ut patet Isaia 63. ubi quaerentibus Angelis: quis est iste qui venit de Edom? Respondit: Ego qui loquor iustitiam.*

DISPUTATIO X.

De modo cognitionis Angelicae.

Ad Quaest. 58. a. Thomae.

Explicatis quidditate, medio & obiecto cognitionis angelicae: ad completam illius notitiam superest tantum exponere modum illius, & difficultates aliquas quae circa illum occurrunt, breviter solvere.

ARTICULUS I.

Utrum Angeli semper sint in aliquo actu secundo intelligendi?

Supponimus tamquam certum, Ang. non debere semper actu cognoscere omnia obiecta quae possunt naturaliter intelligi: nulla enim est necessitas ob quam Ang. debeant semper esse in actuali consideratione rerum omnium naturalium. Hoc supposito, inquiremus, an saltem respectu aliquorum obiectorum semper debeant esse in actu secundo, & quae sint illa obiecta?

§. I.

Duplici conclusione utraque difficultas resolvitur.

Dico primo, Ang. necessario seipsum in actu secundo semper cognoscere. Est contra Vasquez, Puteanum, & quosdam alios Recentiores. Est tamen D. Thomae q. 8. de verit. a. 6. ad 7. ubi ait: *Intellectus Ang. non est in potentia respectu essentiae eius, sed respectu eius semper est in actu.* Et a. 14. ad 6. *Mens Ang. semper se actualiter intelligit: quod ideo contingit, quia mens Ang. intelligit se per affectionem suam qua semper informatur.* Quibus verbis conclusio nostra & docuit & probavit: Cum enim Ang. intelligat se per suam essentiam, ut speciem intelligibilem, & semper illam habeat praesentem, eaque informatur in esse intelligibili; ut praecedenti dispositione declaravimus, manifestum est, Ang. semper & necessario se ipsum actu intelligere.

Præterea, ut discitur idem S. Doct. s. cont. Gent. c. 97. Omnis substantia vivens habet aliquam operationem vitae in actu, quae inest ei semper & necessario, licet alia quandoque ei infuse in potentia: sicut animalia semper nutriuntur, licet non semper sentiant: Substantiae autem separatae sunt substantiae viventes, nec habent aliam operationem vitae, nisi intelligere & velle: Oportet ergo quod semper & necessario sint actu intelligentes respectu alicujus obiecti, quod non potest esse aliud quam propria eorum substantia, quae est obiectum maxime eis connaturale & proportionatum.

Confirmatur: Omnis motus secundum naturam ordinem debet reduci in primum motum determinatum ab ipsa natura, qui sit causa ceterorum: unde in animalibus omnes motus vitales reducuntur in motum cordis, qui fluit quasi proprietates a natura animalis, ipseque semper convenit, ut docet D. Thom. in opusculo de motu cordis: Ergo similiter omnis cognitio & volitio naturalis Ang. debet in cognitionem & dilectionem sui, tanquam in primam operationem ab ipsa natura determinatam & procedentem reduci.

Dico secundo, Ang. semper & necessario cognoscere Deum ut suae naturae auctorem. Ratio est, quia cum quilibet Angelus seipsum comprehendat, debet necessario cognoscere habitudinem & dependentiam quam habet respectu Dei: Sed haec dependentia cognosci non potest, nisi aliquo modo cognoscatur Deus: Ergo Angelus, semper & necessario Deum ut suae naturae auctorem cognoscit. Addo quod in illa Dei cognitione naturalis eius beatitudo consistit: beatitudo autem (ut docet Aristoteles 10. Ethicorum) non est secundum habitum, sed secundum actum: Ergo &c.

Dico tertio: Intelligentiae motrices eorum continuo eos intelligunt: eos enim movent effectus sui intellectus conceptione, ut supra in fine 5. disp. ex Aristotele & D. Thomae ostendimus. Angeli etiam custodes suos clientes, & quaecumque eorum cura commissi sunt, semper cognoscunt, quippe cum illis semper invigilent. Denique Demones semper suos cruciatus & alligationem ad ignem corporeum apprehendunt: torquentur enim cognitione suae poenae, & supplicii, a qua proinde nunquam eximuntur. Contra vero Angeli Beati semper sunt in actu respectu cognitionis & fruitionis Dei, & eorum quae videntur in verbo: quia in hac visione beatitudo eorum consistit; beatitudo autem non consistit in habitu, sed in actu, ut ex Aristotele dicebamus: Ergo &c.

§. II.

Solvuntur obiectiones.

Contra primam conclusionem obijci potest, quod nullum obiectum, praeter Deum clare visum, potest necessitate intellectum & voluntatem ad sui cognitionem & amorem: Ergo Angelus a propria substantia non potest ad sui cognitionem & amorem necessitari.

Sed facile respondetur, quod quamvis non necessitetur Angelus ad sui cognitionem & amorem; a propria substantia, tanquam ab obiecto, quia non habet omnimodam rationem boni: bene tamen tanquam a principio, in quantum cognitio propriae substantiae est proprietates Angeli dimanans ab eius essentia: eo fere modo quo motus cordis fluit quasi proprietates a natura animalis.

Obijciunt secundo quidam Recentiores: Non videtur esse impossibile quod se offerat intellectui Angeli aliquid obiectum, ita ipsam rapiens ad sui cognitionem & admirationem, & ita adequate illum occupans, ut aliquo tempore sui immemor esse possit, & manere in sola illius obiecti contemplatione.

Respondeo hoc esse impossibile: Tum quia, ut iam dicebamus, cognitio sui fluit a substantia Angeli tanquam proprietates, & est prima operatio vitalis ipsius. Tum etiam quia substantia Angeli semper ejus intellectum per modum speciei intelligibiliter informat: Unde sicut si species alicujus obiecti pupillam oculi naturaliter afficeret, ab ejus visione non posset oculus desistere; quantumcumque aliud obiectum excellens illis offerretur: ita pariter non

potest aliquod obiectum, quantumcumque excellens & perfectum, ad sui cognitionem & admirationem Angelum sic rapere, ut illum distrahat a propriae substantiae cognitione.

ARTICULUS II.

Utrum Angelus possit multa simul intelligere?

Pro resolutione huius difficultatis observandum est, quod in duobus modis multa simul posse intelligi, nimirum vel ut multa sunt, vel ut sunt unum. Intelliguntur ut multa, quando sic intelliguntur ut non habeant ordinem ad aliquod unum intelligibile: ut unum vero, quando intelliguntur ut ordinata ad unum intelligibile. Hoc praemissum, fit

§. I. Conclusio negativa statuitur.

Dico igitur, nec Angelum, nec hominem posse plura per modum plurium intelligere, bene tamen per modum unius. Est contra Molinam, Vasquez, Suarez, & alios Recentiores. Est tamen D. Thomae hic art. 2. ubi sic habet: *multa secundum quod sunt distincta non possunt simul intelligi, sed secundum quod univocum in uno intelligibili, sic simul intelliguntur.* Idem docet Aristoteles 2. Topic. c. 4. loco 38. his verbis: *Contingit plura scire, cogitare autem non: per scire autem intelligit scientiam & cognitionem habitualem, & per cogitare, cognitionem actualem.* Unde Suetanum ibi ait: *Scimus enim habitum uno fere inspicere, aut problemata, aut conclusiones: discernimus autem & sermociamur de uno duntaxat.* Et Aphroditaeus: *Omnis, inquit, qui intelligit, unum aliquod, intelligit: ut enim possibile est plures orationes simul dici, sic etiam intelligi simul plura, nam intellectus est quaedam oratio ipsius animae quae dicit in seipso.*

Ratio etiam id suadet: Nam si intellectus plura ut plura simul intelligeret, vel unico actu, vel pluribus ea cognosceret: Neutrum utriusque potest: Ergo &c. Major patet, Minor vero quoad utramque partem suadet. Et in primis quod plura ut plura non possunt unico actu simul intelligi, videtur manifestum: Nam ut ait D. Thom. art. cit. *sicut ad unitatem motus requiritur unitas termini: ita ad unitatem operationis requiritur unitas obiecti.* Sed plura ut plura non habent rationem unius obiecti: Ergo nequeunt simul per eundem actum cognosci.

Quod vero nec diversis actibus possint plura per modum plurium ab eodem homine vel Angelo simul cognosci, sic ostenditur. Quilibet intellectus est ultima actualitas respectu intellectus & speciei intelligibilis a quibus procedit: Sed non est possibile quod eadem potentia aut eadem forma sit simul terminata pluribus actualitatibus ultimis: Ergo repugnat quod intellectus humanus vel angelicus diversis actibus plura ut plura simul intelligat. Major patet, Minor probatur. Nam generaliter loquendo quilibet potentia terminata actualitate ultima, ita expletur per illam: ut quamvis ea obiecta possit aliam recipere, non tamen simul cum praesentibus: propterea si quidem materia prima non potest recipere aliam formam substantialem simul remanente priori, quia cum ambe sint ultimae actualitates, prima actualitas totam potentiam illius pro tempore quo est in materia, alioquin per illam esset & non esset ultimo actualis & terminata. Propterea etiam repugnat, quod eadem linea terminetur pluribus punctis, quod idem corpus secundum eandem sui partem, & pluribus diversis figuris sit figuratum, & sic de aliis.

Ex hoc probata manet secunda pars conclusionis: plura enim ut ordinata ad unum, possunt unica intelligentia intelligi, quia de formali sunt tantum unum, licet de materiali sint plura: Ergo intellectus humanus vel angelicus potest plura per modum unius intelligere. Haec conclusio magis constabit ex solutione argumentorum.

§. II.

Solvuntur obiectiones.

Obiicit primo, Cognoscere diversa obiecta per distinctos actus & diversas species, est plura ut plura cognoscere: Sed Angelus de facto diversa obiecta per distinctos actus & diversas species simul cognoscit; simul enim clare cognoscit Deum per essentiam divinam generentem vices speciei, & seipsum per propriam substantiam, & alia a se per species accidentales et insulas: Ergo plura ut plura simul intelligit.

Respondeo distinguendo Majorem: Cognoscere diversa obiecta per distinctos actus & species; nullam inter se habentes habitudinem & subordinacionem, est plura ut plura cognoscere, concedo Majorem: per distinctas species & actus inter se subordinatos, nego Majorem: ut enim communiter dicitur, *Ubi est unum proprium aliud, ibi est unum tantum.* Ad Minorem similiter dicendum est, quod quando Ang. B. per essentiam divinam tanquam per speciem intelligunt Deum, & seipsum per propriam substantiam